Núm. 9. Jueves 2 de Marzo de 1893 Año XLI

BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON

SECRETARIA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO.

Se han recibido en esta Secretaría cuarenta y cuatro Reales Cédulas de las pedidas al Ministerio de Gracia y Justicia para la provisión de los curatos vacantes de la Diócesis.

Lo que por disposición de S. E. I. se publica en este Boletín para que los interesados puedan recogerlas á la brevedad posible por sí ó por medio de Procurador en esta Secretaría de Cámara, debiendo traer extendido y firmado el correspondiente recibo de entrega, sin cuyo requisito no les serán entregadas.

León, 27 de Febrero de 1893.—Dr. José Fernández Bendicho, Arcipreste Secretario.

MENSAJE DEL EPISCOPADO ESPAÑOL

DIRIGIDO Á

SU SANTIDAD

con motivo

del quincuagésimo año de su consagración Episcopal.

Beatísimo Padre:

Aclamando el Orbe Católico la alteza de Vuestra sabiduría y la dignidad de Vuestra Augusta Persona; y siendo eco de justos plácemes entre gentes y reinos la magnanimidad y las bondades que Os adornan para honra y dicha del género humano, crecen de día en día los motivos de bendecir á Dios por la señalada merced de longevidad con que la Providencia divina dilata Vuestro glorioso Pontificado. Al presente celebramos con piedad filial un jubileo cuyo objeto, encendiendo en dilataciones de santo regocijo el corazón de los católicos, suave y dulcemente nos impulsa á felicitaros expresando el íntimo sentimiento con que Os amamos y la meritoria exclavitud con que deseamos ser tenidos por hijos sumisos á vuestras indicaciones, y obedientes de buena voluntad á vuestro paternal beneplácito.

Dignáos, Beatísimo Padre, bendecirnos y bendecir á la respectiva grey que benignamente nos encomendásteis apacentar

De Toledo á los 19 días del mes de Enero de 1893.

Provincia de Toledo: † ANTOLÍN, Cardenal Monescillo y Viso, Arzobispo de Toledo, Patriarca de las Indias.— † *Pedro*, Obispo de Plasencia.— † *Antonio*, Obispo de Sigüenza.— † *José María*, Arzobispo-Obispo de Madrid-Alcalá.— † *Luis Felipe*, Obispo de Coria, preconizado de Zamora.— † *Pelayo*, Obispo de Cuenca.— † *José María*, Obispo de Dora, Prior de las Cuatro Órdenes Militares.

Provincia de Zaragoza: † *Francisco de Paula*, Cardenal Benavides, Arzobispo de Zaragoza.— † *Vicente*, Obispo de Huesca.— † *Antonio*, Obispo de Pamplona.— † *Mariano*, Obispo de Europo, Auxiliar de Zaragoza.— † *Juan*, Obispo de Tarazona y Administrador Apostólico de Tudela.— † *Fr. José*, Obispo de Jaca.— † *Maximiano*, Obispo de Teruel y Administrador Apostólico de Albarracín.— † *José la Plana*, Vicario Capitular de Barbastro (Sede vacante).

Provincia de Valencia: † *Ciriaco*, Arzobispo de Valencia.— † *Francisco de Asís*, Obispo de Segorbe.— † *Jacinto María*, Obispo de Mallorca.— † *Juan*, Obispo de Orihuela.— † *Juan*, Obispo de Menorca.— † *Manuel Palau*, Vicario Capitular de Ibizar.

Provincia de Sevilla: † *Benito*, Cardenal Sanz y Forés, Arzobispo de Sevilla.—† *Vicente*, Obispo de Cádiz y Administrador Apostólico de Ceuta.—† *Sebastián*, Obispo de Córdoba. —† *Ramón*, Obispo de Tenerife.—† *Francisco*, Obispo de Badajoz.— † *José*, Obispo de Canarias.

Provincia de Burgos: † *Manuel*, Arzobispo de Burgos.— † *Ramón*, Obispo de Vitoria.—† *Vicente*, Obispo de Santander. — † *Francisco*, Obispo de León.— † *Enrique*, Obispo preconizado de Palencia.—† El Vicario Capitular de Osma (Sede vacante). —† *Santiago Cabello*, Vicario Capitular de Calahorra (Sede vacante).

Provincia de Compostela: † *José María*, Arzobispo de Santiago de Compostela.—† *Cesáreo*, Obispo de Orense.—† *Fernando*, Obispo de Tuy.—† *Fr. Ramón*, Obispo de Oviedo.— † *Fr. Gregorio María*, Obispo de Lugo.—† *Manuel*, Obispo de Mondoñedo.

Provincia de Granada: † *José*, Arzobispo de Granada.— † *Fr. Vicente*, Obispo de Guadix.— † *Manuel María*, Obispo de Jaén.— † *Marcelo*, Obispo de Málaga.— † *Tomás*, Obispo de Cartagena.— † *Santos*, Obispo de Almería.

Provincia de Tarragona: † *Tomás*, Arzobispo de Tarragona.—† *Tomás*, Obispo de Gerona.—† *Jaime*, Obispo de Barcelona.—† *Francisco*, Obispo de Tortosa.—† *Salvador*, Obispo de Urgel.—† *José*, Obispo de Vich.—† *José*, Obispo de Lérida. — † Vicario Capitular de Solsona.

Provincia de Valladolid: † *Antonio María*, Arzobispo de Valladolid.—† *José*, Obispo de Segovia.—† *Fr Tomás*, Obispo de Salamanca.— † *José Tomás*, Obispo de Filipópolis y Administrador Apostólico de Ciudad Rodrigo.— † *Juan Bautista*, Obispo de Astorga.— † *Juan*, Obispo de Avila.— † El Vicario Capitular de Zamora (Sede vacante).

Provincia de Santiago de Cuba: † *Juan Antonio*, Obispo de Puerto Rico.—† *Manuel*, Obispo de la Habana.—† El Vicario Capitular de Santiago de Cuba (Sede vacante.)

† *Fr. Zeferino*, Cardenal González, Arzobispo dimisionario de Sevilla.—† *Valeriano*, Obispo de Tamasso.—† *Jaime*, Obispo de Sión, Pro-Vicario General Castrense.

SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS.

El actual Prelado de Valladolid, el Excmo. Sr. D. Antonio María Cascajares, siendo Obispo de Calahorra, expuso á la Sagrada Congregación de Ritos las *dudas* litúrgicas siguientes:

Dubium I. Differunt inter se Breviaria in assignando Officio S. Ildephonsi Pont. et Conf. quaeritur itaque an illud sit *Sint lumbi vestri*, prout assignatur in Appendice Breviarii typici Ratisbonae editi anno 1886, et in Codice SS. Hispanorum, vel *In medio* prout in proprio Archidioecesis Toletanae, et in communi pro tota Hispania?

Dubium II.. In Officio SS. Quinque Vulnerum D. N. I. C. quoad ℟. breve ad Primam «*Qui vulneratus es pro nobis*» standum ne pro Breviariis, et Diurnali Ratisbonensi, vel pro ceteris alevi excusis?

Dubium III. Num corrigendum sit Breviarium ad normam Martyrologii Romani in fine 6^{ae} Lectionis Officii SS. Hemetherii et Celedonii Mm.?

Dubium IV. Quaenam lectio est sequenda pro finali stropha Hymnorum SS. Cordis Jesu, seu Officio respondente Missae *Egredimini*, et in Officio respondente Missae *Miserebitur*?

Dubium V. Cuinam Rubricae standum quoad Lectiones I. Noct. in Officio SS. Justae et Rufinae Vv. et Mm.?

Dubium VI. Et quaenam Rubrica sequenda quoad Lectiones I. Noct. in Officio S. Leocadiae V. et M.?

Dubium VII. Ex tribus lectionibus quae adducuntur pro Officio S Eulaliae Emeritensis V. et M. quaenam est authentica?

Dubium VIII. Quoad Lectiones I. Noct. in Officio S. Dominici Silensis et S Nicolai Factoris occurrentium in casu quidnam recte est tenendum?

Dubium IX. Quaenam lectio retinenda pro tota Hispania circa Orationes proprias in Missa S. Prudentii?

Dubium X. Et quid retinendum, vel cui standum etiam pro tota Hispania circa Orationes proprias in Missa S. Paschalis Baylon, et S. Nicolai Factoris?

Dubium XI. Abstrahendo a particularibus concessionibus, quaenam Missae dicendae sunt universaliter in Festis S. Antonini ac Ss. Gabini et Sociorum, et undenam sumenda sunt Secreta et Postcommunio?

Dubium XII. Pro Missa Ss. Germani et Servandi Fr. Mm. standum ne Missali Matritensi in tota Hispania, vel Codicibus Ratisbonen. Taurinen. et Barcinonen.? Et quatenus Missali Matritensi, undenam sumenda Secreta, et Postcommunio?

Dubium XIII. In Missa S. Raphaelis Archangeli quaenam lectio est sequenda pro tota Hispania?

Dubium XIV. In Festo Ss. Innumerabilium Mm. Caesaraugustanorum retinenda ne est quoad Orationes in Missae lectio Codicis Ratisbonensis, vel Matriten.?

Dubium XV. Quodnam Graduale est authenticum pro Missa Ss. Aciscli et Victoriae Fr. Mm.?

Dubium XVI. Pro tota Hispania, excepta Archidioecesi Toletana, quaenam Missam perlegenda in Festo S. Leocadiae V. et M.?

Dubium XVII. Exceptis peculiaribus concessionibus quoad 3. Noct., et Missam de Ss Fructuoso et Sociis num standum pro tota Hispania Codicibus Ratisbonensi, Taurinensi et Matritensi, qui assignant Homiliam in Evangelium «*Cum audieritis*» et Missam *Intret* cum I. Oratione propria: et hoc in casu undenam sumenda Secreta, et Postcomunio?

Dubium XVIII. Habendaene sunt Missae Sanctorum sub hoc numero descriptorum, et Officia propria eisdem Missis res-

pondentia, ut communes pro tota Hispania, vel ut peculiares singularum Dioecesum pro quibus primitus fuerunt concessae?

DUBIUM XIX. An Sanctus perpetuo collocatus extra propriam diem in Calendario approbato á S. R. C. ob occurrentem Octavam, restitui debeat ad pristinum diem Postquam elevatus fuerit ad ritum 2. classis, faciendo in perpetuum de die Octava sicut de Simplici?

Et quatenus negative, an idem dicendum ob occurrentiam alterius Sancti, sola hac differentia signanda, hoc in casu, nempe, ut Sanctus, non simplificetur, sed perpetuo transferatur ad primam diem liberam?

Et quatenus Sanctus neutro in casu restitui valeat ad propriam diem, an saltem praeeminentiam habeat super Sanctos ante ipsum, et post propriam diem perpetuo collocatos stricto ordine translationis?

DUBIUM XX. Quomodo Vesperae ordinandae sunt in concurrentia Festi secundarii B. M. V cum Festo primario ejusdem ritus, nimirum S. Gabrielis Archangeli?

DUBIUM XXI. Quoad mutationem 3. versus hymni *Iste confessor*, quae non adnotatur pro Sanctorum Officiis descriptis in Breviario typico, an sit deficientia ejusdem, ita ut sit supplendum in ordinando annuali Kalendario?

DUBIUM XXII. Circa modum annunciandi in Kalendariis Missam pro Sacerdote, qui unam tantum vel duas vult celebrare in Festo Nativitatis Domini, quomodo intelligenda est clausula apposita in Decreto S. R. C. de die 19 Junii 1875 videlicet *juxta Rubricas peculiares ejusdem diei*?

DUBIUM XXIII. Considerari ne potest in Civitate Calagurritana Festum Ss. Hemeterii et Celedonii diei 3 Martii affixum, velut unum ex solemnioribus de praecepto, ita ut in illo prohibeantur exequiae, et Missa solemnis Defunctorum adhuc corpore praesente, non obstante Decreto 8 Aprilis 1808 in Compostellana, et an in eodem Festo censeantur prohibitae Missae in Oratorio privato in praedicta Calagurritana Civitate?

DUBIUM XXIV. Quoad Missas, quae prohibentur in Oratoriis privatis num praeter dies enumeratas a P. a. Carpo in suo Opere Liturgico enumeranda sint inter prohibita quacumque Festa modo solemniora, et praeceptiva?

Dubium XXV. Cum dicitur in Missa 2. Oratio *A cunctis*, eligi ne potest pro 3. Oratio pro Congregatione et Familia, idest *Defende*?

Dubium XXVI. Quaenam regula servanda est circa capitis inclinationes in Missa faciendas, quoties occurrat nomen de Sancto, cujus dicitur Missa vel fit commemoratio: an nempe in principio Epistolae et Evangelii, in festo ex gr. S. Pauli vel Matthaei, an etiam in vigiliis Sanctorum? Et versum quem locum vel objectum inclinandum est caput, etiam cum nomen B. M. V. aut Summi Pontificis occurrit?

Dubium XXVII. Quibusnam diebus permittitur Missa de Requiem insepulto cadavere, sed absente ob civile vetitum, et ob morbum contagiossum?

Dubium XXVIII. Cum ex Indulto Benedicti XIV, Sacerdotes in Hispania et Lusitania celebrare possint tres Missas in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, modo pro prima tantum stipendium accipiant (sub poena suspensionis): quamnam ex tribus Missis designatis in Indulto, nimirum 1.ª Missa ut in die, 2.ª ut in Anniversario, 3.ª ut in Quotidianis, dicere debeat in Hispania et Lusitania Sacerdos, qui unam celebrare voluerit, in die Commemorationis Defunctorum, sive applicet pro uno, sive non? Et quatenus duas celebrare voluerit, quasnam ex tribus eligere tenetur?

Dubium XXIX. Quoad Lectiones 1. Noct. in Officio Boni Latronis standum ne Decreto in Minoricen. de die 27 Augusti 1836, vel assignationi Breviarii etiam typici Ratisbonensis?

Dubium XXX. Tolerari ne possunt descriptae duodeviginti consuetudines, plus minusve á tempore immemorabili invectae in Cathedrali Calagurritana, quas ipse Episcopus Decretis S. R. C. ac dispositionibus Caeremonialis, ac Ritualis Romani innixus in antecessum reprobat?

Breviter ejusmodi consuetudines indicantu.

1. In solemnioribus Quadragesimae diebus Missa 2. de Feria non cantatur, sed legitur, et quidem in Altari Majori, et dum in Choro cantatur Sexta, et Nona. Insuper praedicta Missa, licet lecta, dicitur cum Sacris Ministris.

2. In Missis cantatis de Requiem, licet de die obitus, non canitur nec una stropha sequentiae *Dies irae*.

3. Ad exponendum SS. Sacramentum in Festo, et diebus infra Octavam Corporis Christi suspenditur in medio Altaris pallium rubrum ad instar magni conopei, in cujus centro collocatus thronus pro Ostensorio.

4. In Processione SS. Sacramenti Sacra Eucharistia defertur plurium Sacerdotum humeris.

5. In Feria 4. Cinerum, non Canonicus celebraturus, sed 1. Dignitas imponit cineris Episcopo.

6. In Missis Solemnibus, (non Defunctorum) celebratis ab Episcopo, non adhibetur septimum candelabrum.

7. In Processionibus intra Ecclesiam, quibus intervenit Episcopus cum Mitra, Canonici incedunt capite cooperto.

8. Episcopo Divina pontificaliter paragente, Capellanus, sive dum ipse Episcopus legit, sive dum cantat, librum sustinet.

9. Tempore Passionis velantur tantum Cruces Altarium, minime vero Imagines.

10. Finito Evangelio Missae Solemnis, cui assistit Episcopus cum Cappa, thurificatur Episcopus non Celebrans.

11. Feria Sexta in Parasceve, rediens Processio ab Altari Sepulchri, SS. Eucharistiam accipit de manu Episcopi Diaconus assistens, et non Diaconus Evangelii.

12. Dum Sabbato Sancto proceditur ad benedictionem novi ignis et incensi, defert Crucem Subdiaconus alius a cantaturo Epistolam, et quidem cum ceroferariis.

13. Presbyteri Reliquias deferentes procedunt capite cooperto.

14. Personarum thurificatio fit duplici thuribulo.

15. Ad absolutionem cantandam ad tumulum corpore absente, Crucem non defert Subdiaconus Missae, sed Sacrista tonsura tantum insignitus, qui collocatur medius inter tumulum, et Altare.

16. Cum aliquis ex Capitulo aegrotat, Missam cantat pro infirmo post Primam, capitularis alius, et Missa quae cantatur, est ipsamet de Festo Canendo post Tertiam.

17. In Missa cantata duo apponuntur Missalia, unum in cornu Evangelii.

(Se continuará.)

Imp. y lib. de los Herederos de Miñón.